NICOLAUS DE LYRA
Salzburg/Bayern, 1450 Seite 266r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



usque ad maximum in omnibus vigebat
ydolatria. Fecerunt que verba pes
sima .i. facta sive opera eo modo
loquendi quo dicitur supra
e° li° p° ca° quod est verbum quod
factum est et coluerunt immun
dicias .i. ydola que a iudeis
vocantur immundicie. Et tes
tificatus est dominus hic conse
quenter describitur pena
reprehensio vis per prophetas a
deo missos qui erant digni
fide. Qui non audierunt
hic consequenter ponitur
eorum induracio in malis
conservando ideo subditur. Et
abiecerunt legitima quan
tum ceremonialia precepta
et pactum quantum ad mora
lia et testificationes quantum
ad iudicialia que procedunt
per testes. Vel aliter testifica
tiones .i. penas in lege com
minatas transgressoribus
quas non timuerunt. Secuti
sunt vanitates .i. ydola va
na virtute non habencia.
Fecerunt que sibi conflatiles
duos vitulos tempore ie
roboam et adoraverunt uni
versam militiam celi .i.
solem lunam iovem venerem etc
et sic de aliis et consecra
verunt filios suos et filias
per ignem. Sic expositum
est de acham capitulo prece
denti et tradiderunt se volun
tati demonis in omnibus as
senciendo. Sed nec ipse iu
da quia aliqui de regibus
iuda dampnati fuerunt per ux
ores quas acceperant de filiabus

regum israhel ut patet ex su
pra dictis ex eo iam tempore
quod scissus est israhel a domo
david. Extunc enim declina
vit israhel a vero cultu dei
per ipsum ieroboam translatus
que est de terra sua propter
mala predicta. Adduxit autem
hic quoque describitur populi
extranei adductio cum dicitur
adduxit autem volebat
enim illam terram secure
tenere sub manu sua et ideo
amoto populo nativo fecit
illuc venire homines de regno
suo qui essent sibi magis
fideles non timebant dominum quia
erant nutriti in ydolatria
et immisit eis deus leones
cum quia terra pro magna parte e
rat deserta. Et ideo multiplicate
fuerunt ibi bestie cum in pena
sue ydolatrie ignorant le
gitima dei terre. Isti enim qui
erant gentiles credebant
secundum multitudinem terrarum et re
gnorum esset multitudo deorum
quorum quilibet terra sibi appro
pria cultum sibi debitum et spe
cialem vellet habere. Ideo mis
sus fuit illuc unus de sacer
dotibus terre israhel et docebat
eos quomodo colerent dominum.
non tamen perfecte quia erat
de sacerdotibus samarie et
non de nichilominus unaqueque gens
fabricata est deum suum .i. fecit
sibi ydolum simile illi quod co
lebat in civitate vel terra
unde fuerat illuc adducta
viri enim babilonii fecerunt
sethoth benoth quod in hebreo